



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum, atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus, excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Primam, & Secundam Partem: Quibus, hac nostra editione ab innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Pensionvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98587](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98587)

RESOLVT. CCCLXXV.

De edicto pro concursu in prouisione parochialium.

- 1 Edictum est de substantia concursus.
- 2 Edictum debet remanere affixum ad valuas Ecclesie per decem dies.
- 3 Terminus decem dierum potest prorogari.

1 **E**dictum esse de substantia, atque de forma in concursu Parochialium aperte patet ex verbis Concilij loco saepius citato.

2 Quod adeo verum est, vt secundum Zerol. in prax. Episcop. in verbo parochia, debet remanere affixum ad valuas Ecclesie per spatium decem dierum, argumento eius, quod Bar. scripsit in constit. ad reprimendum in verb. publice, Marant. in speculo 6. part. memb. 1. num. 96. licet possit differri ultra alios decem dies, vt disposuit Pius V. in Bulla supracit. & Conc. Cusent. provinc. sess. 3. fol. 75. & Mediolan. fol. 9. col. 1. disponunt, quod per decem dies ultra alios decem dies poterit prorogari, sed non ultra.

Secundo, quia, vt examen factum in concursu iuxta dispositionem S. Conc. valeat, debet constare de die propofiti edicti ad finem, vt sciri possit an intra terminum, vel post fuerit examen factum, quod videtur necessarium ad dicti examinis validitatem, cum terminus ille, qui iuxta Concilij dispositionem praefigitur, sit ad conuocandum eos, qui concurrere voluerint, & eo transacto, non prius debeant examinari, ne per praeventum vnus alij supplantentur, vt resoluit Rota teste Seraphino in decis. 1148. part. 2. n. 4. & ista non est forma ad effectum, sed praecisa, vt fuit resolutum in vna Volaterrana Parochialis, 20. Maij 1591. coram Giffo.

Est tamen notandum in praxi, quod Episcopus terminum decem dierum in edicto praefixum prorogare non poterit, nisi ex causa, quae erit probabilis, vt si qui descripti fuerint, legitimo impedimento detenti fuerint, quo minus praestituto tempore ad concursum accesserint, vt habetur in Archiep. Bononien. part. 4. tit. de examine per concursum fol. 247. quae dispositio iundatur ex Synodo provinciali.

Finitis tituli Praxis concursus ad Ecclesias Parochiales.

PRAXIS PENSIONVM.

RESOLVT. CCCLXXVI.

Clausula in pensione super Parochiali, dummodo centum liberi remaneant Rectori, quomodo intelligatur.

- 1 Verbum, liberi, importat, quod deductis oneribus ordinarijs centum ducati remaneant absque diminutione.
- 2 Valor ducati intelligitur in loco consuetudinis.



Via super Parochialibus, iuxta mentem Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 13. vers. ad haec in posterum pensio imponi non potest, quando non remanent ducati centum pro Rectore: idcirco dubitatum fuit multoties, quomodo intelligenda sit clausula, illa, quae quotidie apponi solet, & respondi ex decisionibus Rote, quod praefata clausula operatur, vt prebatio debeat esse concludens, ita, vt non sufficeret probari per coniecturas, secundum Balb. in decis. Aloys. Ricc. Prax. Pars 1.

22. & consequenter per famam, Mohed. in decis. 148. alias 3. de testib. in fi. & fuit resolutum in vna Clusina pensionis, 9. Decembris 1574. coram Lancellotto, & patet in decis. 298. lib. 1. diuersi. & iterum in vna Oppiden. pensionis, 3. Iunii 1585. coram Pamphilio, vt fuit etiam resolutum in vna Cusentina pensionis 27. Maij 1597. coram Lieta, & facit decis. 6. de concess. praeben. in antiq. & iterum in vna Interamnen. pensionis 13. Iunii 1602. coram Corduba, & si esset appofita in concordia, quis teneatur probare, vide Rotam in vna Suanen. Parochialis 27. Nouemb. 1595. coram Orano.

1 Verbum autem liberi in clausula, dummodo remaneant centum liberi pro Rectore annuatim importat, quod deductis oneribus ordinarijs, 100. ducati similes pensioni absque diminutione remaneant, Ruynus conf. 219. sub num. 3. lib. 1. Collad. conf. 47. n. 9. Rota in diuersi. in dec. 268. vol. 1. in vna Romana pensionis 20. Februarii 1576. coram Blanchetto.

2 Haec autem clausula intelligitur prout ducati valent in loco beneficii, vt fuisse declaratum per Sacram Illustrissimorum Congregationem refert Marra de clausul. cap. 42.

RESOLVT. CCCLXXVII.

Clausula habita, vel non habita possessione in pensione posita quid operetur.

1 Clausula habita, vel non habita possessione in pensione quid operetur.

2 Clausula habita, vel non habita possessione, non operatur ultra duos, vel tres annos.

3 Limita vbi adesset legitima causa non adipiscendi possessionem.

1 **V**t pensionis impositio effectum habeat, & pensionarii ipsarum comodo in aliqua temporis parte defraudetur, praestatur, vt in Bulla adiciatur clausula habita, vel non habita possessione, quae clausula operatur, quod si beneficiarius, cui onus solvendi pensionem pertinet, non assequutus fuerit praefati beneficii possessionem, nihilominus teneatur ad pensionem ipsam.

2 Verumtamen haec clausula posita in reservatione pensionis ex benignitate Rote, non operatur ultra duos, vel tres annos, vt fuit decifum, atque praestatum in vna Segobien. pensionis 4. Maij 1576. coram Craslis, faciunt deducta per DD. de Rota in dec. 12. num. 3. de praeb. & fuit quoque dictum in vna Placentina pensionis 10. Maii 1581. coram Aldobrandino, quae videtur registrata in dec. 699. num. 2. par. 1. diuersi. & iterum fuit quoque dictum in vna Tarraconen. pensionis 29. Aprilis 1595. coram Seraphino.

3 Declara primo, vbi subesset iusta, vel legitima causa non adipiscendi possessionem, alias secus. Rot. diuersi. in dec. 705. lib. 3. & tenuit iterum Rota in vna Conuenarum de Cardellas 13. Iunii 1565. coram Oradino, & ratio est, quia pensio debetur ex fructibus beneficii, & ideo iniquissimum est, vt quis teneatur soluere perpetuo pensionem ex beneficio, quod adipisci non potuit.

Secunda ratio est, secundum Seraphin. in decis. 66. vol. 1. quoniam praefata clausula fuit inuenta solum, vt obuiam iretur malitiae eorum, qui differrent capere possessionem animo eludendi pensionarium, sed vbi cessat fraus, & constat per titulare non steterisse, tunc non debet operari contra mentem proferentis, & contra iuris dispositionem.

Nec quicquam facit iuramentum, quia regulatur secundum naturam principalis obligationis leg. fin. C. de non num. pecun. c. quemadmodum, & cap. peruenit de iureiurando, Paris. conf. 92. n. 41. vol. 4. cum infinitis alijs.

Vnde quando lis non est calumniosa, & titularis bona fide

P

na fide

na fide succumbit, ad nihilum tenetur, secus quando non fuit processum in lite bona fide, & titularis malitiosè succumbit, tunc enim cessat benignitas Rota, & clausula extenditur vltra, vt fuit in Rota resolutum in vna Tarraconen. pensionis 29. April. 1596. coram Seraphino, & alibi sæpè.

RESOLVT. CCCLXXVIII.

Qua ætate quis sit capax pensionis.

1. *Ætas septem annorum requiritur ad pensionem.*

Fuit mihi questum, qua ætate quis esset capax pensionis & prima facie videbatur dicendum esse necessariam ætatem, quæ requiritur in beneficijs, scilicet 14. ann. vt in Conc. Trid. disponitur.

Cæterum hoc non obstante, contrarium consului, videlicet sufficere ætatè septè ann. pro cuius opinionis corroboratione expenditur Gigans in tract. de pensionibus q. 13. Lanfranch. in dec. 22. Merend. consil. 29. qui voluerit, quod quâdo referuatur clerico, sufficiat ad pensionem consequendam illa ætas, quæ exigitur ad suscipiendum minores Ordines, quæ est annorum septem, cap. nullus, a contrario sensu pòderatus, & ibi glol. de temporibus ordinationum in 6. Card. in Clem. vlt. col. ante penul. de ætate, & qual. vbi dicit, quod ad primam tonsuram sufficiunt anni septem, & ab inde supra conferri possunt alij minores Ordines. Vnde olim minori infanti beneficium conferri non poterat, cap. cum ex eo de rescript. Ratio erat ob incapacitatem recipiendi Ordines. Glol. & communiter DD. in c. si annum de iud.

Est tamen verum, quod in supplicatione debet fieri mentio de ætate infantis: vnde pensio referuata clerico infanti sine dispensatione, est nulla, propter verba assertiua in gratia, ibi. *vita, ac morum honestas, aliaque laudabilia, &c.* nam cum hæc non cadant in infante, propterea si non fieret mentio de ætate, referuatio pensionis erit subreptitia, vt fuisse in Rota resolutum testatur Caputaq. decif. 318. p. 2.

RESOLVT. CCCLXXIX.

Clausula sine retardatione solutionis pensionis quid operetur.

1. *Enumerantur rationes, cur solutio pensionis retardari non debeat.*
2. *Lite pendente super reductione pensionis, illa soluenda est.*

Praxi signaturæ est, quòd in causa pensionum ecclesiasticarum, vbi titularis agere vellet contra pensionarium super inualiditate, siue excessiua pensionis, solet rescribi per eandem signaturam cum clausula sine retardatione solutionis pensionis, quæ clausula duplici ratione ponitur.

1 Prima, propter honorem Papæ, ne scilicet eius litteræ, in quibus pensio mandatur solui, careant obedientia, secundum Staphil. de literis iustit. §. in primis n. 84. Gigans in q. 35. in fin. & in q. 62. n. 12. de pensionibus. Enriquez conf. 63. num. 4. cum seq. & ita tenuit Rota in vna Cusentina pensionis 6. Novembris 1596. coram Corduba.

Secunda est ratio, vt obuietur malitijs, atque fraudibus soluere recusantium, nam de facili possent ferè omnes titulares ad euitandam solutionem pensionis, litem mouere pensionarijs, Vestrus in praxi lib. 3. cap. vltimo, num. 1. Monald. conf. 42. volum. 2. Marefcott. l. 1. var. resol. cap. 21. & fuit resolutum in Rota in vna Romana pensionis, 18. Iunij 1597. coram Illustrissimo Pamphilio.

2 Ex quibus rationibus deducitur, titulare teneri ad solutionem pensionis, etiam lite pendente super reductione pensionis, quia pluries celsit Rota, quod adeò verum est, vt procedat etiam pensionario nõ existente in quâsi possessione exigendi, litteris tamen expeditis, quia hoc casu possessio non est necessaria, & coniequenter procedendum est ad præstationem pensionis, & hoc ob reuerentiam litterarum Apostolicarum, vt pluries censuit Rota, & signanter in vna Romana pensionis 23. Martij 1576. coram Blanchetto, vbi fuit dictum, quod quamvis pensionarius non potuisset ostendere aliquam partitam receptionis pensionis, nõ propterea veniret excludendus, quin pendente lite, non esset manutenendus in possessione exigendi, vt fuit quoque resolutum in vna Tarraconen. pensionis 29. Aprilis 1596. coram Seraphino, & iterum in vna Laudan. pensionis 29. Aprilis 1599. coram Penia.

Quæ supraposita conclusio procederet etiam in translatione pensionis, quâ vigore facultatis litterarum pensionarius transferre poterat, & titularis contradicere, vt fuit dictum in vna Bononien. pensionis, 17. Maij 1593. coram Mellino.

RESOLVT. CCCLXXX.

An referuatio pensionis facta super beneficio nulliter collato, censeatur quoque nulla referuatio.

1. *Coadiutus si decedat, antequam coadiutoria habeat effectum, sustinetur gratia concernens fauorem coadiutoris.*
2. *Pensio referuata in collatione beneficij, remanet valida, quamvis collatio sit nulla.*
3. *Corroboratur nonnullis medijs conclusio præsens.*

Respondeo negatiuè, quemadmodum dicimus de gratia coadiutoria, nam si quis fuerit de ea prouisus cum futura successione, quamvis coadiutus moriatur antequam coadiutoria habeat effectum, tamen altera gratia futura successione remanet ad fauorem coadiutoris. Put. dec. 98. lib. 2. Gonzal. de alternatiu. glol. 5. §. 9. n. 56. vbi multis similibus comprobatur, & n. 60. de beneficio collato per Papam alicui, cum reueruatio pensionis annuæ pro alio, si gratia est nulla, quoad prouisum de beneficio, non idem erit in pensione, quæ debetur, si postea denuo impetretur per alterum nulla referuata pensione in illa secunda gratia collationis, cum non sit inconueniens, quod eadem gratia pro vna parte sit valida, & pro altera inualida, Felin. in cap. sedes n. 2. de rescript.

3 Idem est, si in vna, & eadem supplicatione impetretur parochialis, & beneficium simplex, si enim gratia, quoad parochialem non habet effectum, non per hoc præiudicabit alteri gratiæ de simplici beneficio, quæ erit valida. Mandol. reg. 20. q. 9. n. 5. versic. pro parte negatiua col. 2.

Etenim exclusio vnius partis, non facit exclusionem alterius in separabilibus, & diuiduis l. 1. §. Trebat. de aqua quotid. & æstiuæ, l. fin. C. fam. erciscund. Bart. in l. græce §. illud num. 3. de fideiusor. & quia sunt plures gratiæ, quamvis sub vnico contextu: vnde si non habet locum vna, non inferri debet ad aliam, vel quatenus sit vna gratia, continet plura, & diuersa, in quibus potest diuersos effectus considerari, l. scire oportet de verb. oblig.

Et faciunt, quæ dicuntur de pluribus narratis in cõmissione, ad cuius validitatem sufficit vnũ verificari, quamvis aliud non sit verum, Felin. in cap. ex parte l. primo, in verbo copula de rescript. Bellamer. dec. 280. licet nu. 1. exemplo narrantis plura in libello, qui non tenetur omnia probare, Lap. alleg. 54. quidam coram n. 6. vers. item non expedit, prout etiam dicimus de rescripto auocatorio, in quo narratur paupertas, & res iudi-

iudicata, nam valebit, si iustificetur sola paupertas, quamvis non sit verum adesse rem iudicatam, prout concludit in specie Mandol. commif. 7. in fin. quæst. 6. vbi, quod ita fuit in Rot. refolutum in causa Colonien. matrimonij, licet ibi hoc fuerit conclusum, quia ex sola illa causa paupertatis Papa remisisset causam ad partes, cum semper considerandum sit super quibus se fundet Princeps, vel præsumatur se fundasse, quando plures causæ narrantur in rescripto, quarum aliqua sunt veræ aliqua subreptitiæ, Lap. allegat. 23. incip. Limitat. num. 6.

RESOLVT. CCCLXXXI.

An contra Capitulum possit agi pro pensione, ad quam tenebatur Canonicus.

1. Distributiones accrescunt interessentibus diuinis.
2. Nemo tenetur ad debita alterius.

Supponatur in facto pro huius quæstionis dilucidatione, quod pensio esset reservata super fructibus, & distributionibus alicuius Canonici, & propter absentiam Canonici Capitulum iure accrescendi recipiat fructus, vel distributiones quotidianas: quare fuit dubitarum, & à me quæsitum, an Capitulum teneatur dictam pensionem soluere, & consequenter possit agi contra eum aliqua actione, & dubitationem mihi non mediocrem faciebant pro opinione negatiua.

1. Primo, quod tempore absentia omnes fructus, seu distributiones accrescunt interessentibus diuinis, c. 1. de cler. non resid. lib. 6. Vnde Seraphin. in dec. 1239. tenuit non dari casum, in quo distributiones quotidianæ dantur absentibus, & mandatum de manutenendo in perceptione distributionum quotidianarum non est concedendum, neque in hoc innat consuetudo, ut fuit per Rotam refolutum in vna Baren. emolumentorum 19. Iunij 1595. coram Illustriss. Seraphino.

3. Secundo, quia per text. in c. 1. de deposito, & per text. in c. 1. de solut. apparet, neminem obligari ad soluendum alterius debita, vnde cum pensio hæc sit debita à canonico, igitur non poterit exigi à Capitulo.

Cæterum præfatis minimè obstantibus, contrarium est in praxi tenendum, scilicet Capitulum teneat dictam pensionem soluere, quod adeo verum est, ut procedat etiam si pensionarius à Capitulo nunquam pensionem exegerit, ut pluries censuit Rota Romana, & signanter in vna Rom. pensionis 4. Iunij 1593. coram Litta, & iterum in vna Burgen. pensionis 29. Octobris 1591. coram Illustrissimo Pamphilio, quibus accedat Crescentius dec. 3. de solut. vbi habetur, quod non valet contraria consuetudo de facto, cum sit potius quædam vis: etsi Gutierrez quæst. 1. lib. 1. can. quæst. 1. in contrariam partem inclinet, prout etiam Nauarr. consil. 1. de solut. contrarium tenet, licet postea in consil. 3. eod. tit. ab opinione, quam prius tenuerat, recesserit, & sententia rotali adhererit. Cuius conclusionis ratio, est quia pensio hæc non debetur pensionario propter seruitium Canonici possessoris, sed ex mera gratia Papæ, à quo super fructibus, & distributionibus. d. pensio fuit imposita, & ob id ad illam percipiendam actio realis, & personalis datur, Guid. Pap. decif. 576. Gigans de pensionib. quæst. 55. Verall. dec. 13. par. 1. & in dec. 302. par. 2. idem Gigans q. 39. & 43. vnde secundum Crescent. decif. 3. de solut. hæc actio datur contra quemcunque successorem, qui acceptando beneficium onere pensionis grauatum se obligare censetur. Ex quibus omnibus liberè fatendum est, personam Canonici, illiusque seruitium nullius esse considerationis, proinde nec mors, nec absentia illius potest esse damnosa pensionario argumento tex. in cap. non debet de reg. iur. in 6.

Aloys. Ricc. Prax. Pars 1.

RESOLVT. CCCLXXXII.

Fructibus non perceptis, an teneatur quis ad solutionem pensionis.

1. Pensio an debeatur, fructibus non perceptis.

Dubium mihi faciebat pro opinione negatiua, regula illa iuris, quæ desumitur ex text. in l. cum quiff. de auro, & arg. leg. vbi cum quid est, propter tale, consideratur illud, propter quod est. Quare cum causa finalis impositionis pensionis sint fructus beneficii, ut patet, quoniam si beneficium esset modici, vel nullius redditus, utique pensio imponi non posset, non entis enim nullæ sunt partes, 1. non omnis si. si cert. per. Igitur fructibus non perceptis, non debetur pensio.

1. Cæterum hoc est in praxi tenendum, & ita consului, ut scilicet, quædo pensio fuit assignata super fructibus beneficii, & fructus non poterunt percipi ob sterilitatem, vel propter bella, aut alium casum fortuitum, & tunc beneficiatus non tenetur ad illius solutionem, quamvis reservatio sit facta cum clausula, ut non possit peti remissio, etiam ob casus fortuitos, Castren. in consil. 358. nu. 3. lib. 5. Belleno. de charit. subfid. quæst. 34. num. 2. Felin. in cap. ad audientiam n. 7. vers. extat conclusio de rescr. Caccialup. de pension. quæst. 16. in princ. Gig. in eod. tract. quæst. 62. col. 2. & tenuit Rot. coram Caputaquen. in vna Adiacen. pensionis 3. Novembris 1557. vbi fuit hoc ampliatum etiam quando adest clausula, quod teneatur ad casus inexcogitatos quia cum pensio assignetur super fructibus gratia taxationis, non est verisimile, quod Papa voluerit beneficium teneri de proprio, si fructus non percipiat. Et idè si adest clausula de non petendo remissionem ex quavis causa, & occasione, etiam ob casus insolitos, quia non intelligitur de casibus insolitis, qui verisimiliter prævideri non possunt, de quibus Papa non censetur intellexisse, nec illis intelligitur renunciatum, Bart. in l. sed & si quis §. quæsitum n. 3. in fin. ff. si quis caution. Bald. in consil. 119. lib. 1. & consil. 145. sub num. 1. lib. 3. Alex. consil. 28. num. 10. lib. 1. & consil. 107. num. 16. lib. 3. Corn. consil. 23. sub num. 12. lib. 2. Ripa in tract. de priuilegiis. cau. pest. num. 97. & 99. Purpurat. consil. 465. num. 17. & 18. Grat. consil. 94. num. 42. lib. 2. Natta consil. 256. num. 5. Aym. consil. 95. num. 2. Tiraq. de legib. connub. concl. 7. num. 108. Roland. consil. 45. n. 16. cum seq. lib. 3. Gail. pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 23. nu. 20. Alciat. responso 49. tom. 3. lib. 8.

RESOLVT. CCCLXXXIII.

Successor in beneficio an teneatur ad pensiones decursas tempore prædecessoris.

2. Successor beneficii non tenetur ad pensiones præteritas, nisi factis diligentibus.

1. **I**n hac quæstione breuiter respondendo, dico non teneri, nisi præcesserint diligentia contra prædecessorē, ita passim obseruat Rota, & fuit tērum in vna Cæsarangustana pensionis 13. Aprilis 1592. coram Cardin. Pamphilio, in qua fuit dictum, quod non factis dictis diligentibus contra prædecessorem, Rota nunquā voluit condemnare successorem ad soluendas pensiones decursas tempore prædecessoris per dec. Castad. 3. num. 2. & decif. 4. num. 3. de locat. Crescent. decif. 3. de solutionib. Achill. decif. 3. de pensio. Put. decif. vlt. in fin. de offic. Ordin. Anton. Augustinus in epitome tit. de solution. pension. §. 21. & tanto magis, quædo pensionarius est hæres beneficiati, contra quem successor potest recurrere si soluisset, ad notata per Put. dec. 189. nu. 4. lib. 2.

currere si soluiſſet adnotata per Puteum decif. 189. n. 4. lib. 2. & quoad penſionarius non fit reintroducendus ad totam ſummam debitam, niſi factis diligentijs contra prædeceſſorem, fuit quoque reſolutum coram Cardinale Blanchetto in vna Hiſpalen. penſionis 16. Decembris 1577. & ruriſus in alia Hiſpalen. ſub die 5. Maij 1582.

RESOLVT. CCCLXXXIV.

Penſio in beneficijs ſimplicibus non debet excedere tertiam partem fructuum.

- 1 *Penſio non debet excludere tertiam partem fructuum beneficij.*
- 2 *Vtile per inutile non vitiatur.*
- 3 *Amplia hic, quod de penſione diximus procedere etiam in translatione.*

Ratio eſt, quia præſumpta voluntas Papæ videtur eſſe regulariter, quod penſio non excedat tertiam partem fructuum, vt teſtatur Gigas in tract. de penſionibus, quaſt. 9. n. 6. & 7. Staphil. de literis iuſtitia §. in primis num. 9. Theſ. fori eccleſ. cap. 22. nu. 3. 1. Caſſad. in decif. 2. num. 3. & ſeq. de locato. Quorum opinio nititur æquitati, & rationi, ſecundum Rub. in decif. 29. Imo iuxta ſtylum Curia Romanæ à multis ſæculis ſeruatum, medietatem fructuum excedere non debere teſtatur Rot. decif. 1160. num. 1. & ſeq. p. 3. diuerſ.

- 1 Bene tamen verum eſt, quod penſionis reſeruatione excedentis tertiam partem fructuum, non vitiatur in totum, ſed quoad exceſſum tantum, & proinde penſio reduci debet ad ipſam medietatem, vel tertiam partem fructuum, ita Caſſad. in decif. 4. num. 4. & 6. verſ. & eſto ſine præiudicio de penſionibus, Crescent. in decif. 234. in manuſcriptis lib. & pluries cenſuit Rota, & ſignanter in vna Vicentina penſionis 28. Iulij 1591. coram Mantica.

- 2 Cuius decif. vera eſt ratio, quoniam in præſenti caſu dicta ſumma eſt diuidua, quo caſu utile per inutile non vitiatur, cap. vtile de reg. iur. l. ſancimus C. de donatio. l. 1. §. ſimiliter ff. de verb. obl. Bart. in l. grecæ §. 1. ff. de fideiuſſoribus, Caſtrenſ. conſil. 89. num. 1. vol. 2. Roman. conſ. 66. n. 1.

- 3 Ampliatur procedere etiam in translatione penſionis, nam translatio, ſicut ipſa reſeruatio eſt diuidua, & ideo ſi Papa transferat penſionem quoad dimidiam partem fructuum, vſque ad eam partem, quæ non excedit, translatio ſubſtinetur, vt fuit in Rota reſolutum in vna Lucana penſionis 17. Febr. 1592. coram Orano. In his enim caſibus gratia non fundatur ſuper aſſertione partis, vt tenuit Rota in vna Romana grani de Iuſtinis 4. Nouembris 1573. coram Robuſterio.

Finis tituli Praxis Penſionum.

PRAXIS VNIONIS beneficiorum.

RESOLVT. CCCLXXXV.

An Conſtitut. Pij V. incip. quanta Eccleſia Dei incommoda, habeat locum quando reſignatio beneficij fit ad effectum illud vniendi fabricæ.

- 1 *Conſtitutio dans formam reſignandi, non habet locum, quando reſignatur beneficium pro illo vniendo fabricæ Eccleſia, num. 2.*
- 3 *Episcopus an cogatur vnire beneficium fabricæ Eccleſia.*



- L**N Colleſtaneis nonnulla reportant in materia reſignationis iuxta formam memoratæ Bullæ Pij Quinti, ac illam varijs modis ampliari, & limitari, verumtamen cum in facti contingentia fuiſſet à me quaſitum, ſi locum haberet, quando præſata reſignatio fieret ad effectum vniendi fabricæ Eccleſia, dicebam, quod non, quia Bulla loquitur de beneficijs reſignatis ad effectum transferendi illorum titulos in, alienam perſonam per viam prouiſionis faciendæ per ipſum Ordinarium, & ſic de illis beneficijs reſignatis, quibus dantur ſucceſſores, vt patet ex lectura eiſdem Conſtitutionis, ſed quando vnitur beneficium, non ſolum transferitur titulus, ſed penitus extinguitur, ita vt perdat nomen beneficij, Rot. decif. 11. de reb. eccleſ. non alien. in antiq. Sarnen. de trien. q. 8. in prin. verſ. tota difficultas. Mandof. reg. 19. q. 10. n. 2. & reg. 22. q. 13. n. 19. & 20. Vnde cum deficiat perſona ceſſionarij, non intrat Conſtitutio, prout in ſpecie fuit decifum per Rot. coram R. P. D. Cantuccio 24. Octobr. 1580. in vna Segobien. patrimonij, & per Cardin. Lancel. in eadem cauſa 28. Iunij 1581. cum præſertim d. conſtitutio concedat Ordinarijs, vt admittant permutationes permiſſas à ſacris ſanctionibus, & Apoſtolicis conſtitutionibus; ideo etiam extenditur ad iſtas vniones beneficiorum, quæ admittuntur pro fabrica eccleſia. Imo. in cap. cum acceſſiſſent col. 3. in prin. nu. 14. ad med. verſ. & intellige, quod dixi de iuramento, de conſtitut. ita vt etiam Episcopus cogatur vnire cauſa ſubſiſtente. Archid. in c. & temporis 16. q. 1. Mandof. reg. 12. n. 3. & 4. q. 6. & de alijs cauſis admittendi iſtas vniones idem Mandof. reg. 22. q. 4. n. 4.

RESOLVT. CCCLXXXVI.

Vnio quando dicatur fortita effectum.

- 1 *Vnio non dicitur fortita effectum, niſi ſecuta fuerit poſſeſſio, num. 2. qua non ſecuta, beneficium dicitur vacare, num. 4.*
- 3 *Amplia in inſtitutione ad inſpatronatus, qui non dicitur inſtitutus, nec acceptaſſe inſtitutionem Episcopi, niſi ſequatur poſſeſſio.*
- 5 *Adducuntur ad corroboracionem regulæ nonnullæ Rot. deciſiones.*
- 6 *Ampliatuſ regula.*
- 7 *Limitatur n. 8. & 9.*

- 1 **H**uius articuli examinatio vtilis eſt, atq; ſummo-pere deſeruit pro intelligentia duorum locorum, quorum primus eſt regula 12. Cancellaria ab omnibus Summis Pontificibus fieri ſolita, in qua reuocantur vniones, quæ ſuum non ſint fortite effectum, & ſecundus eſt Concil. Trident. decretum ſeſs. 7. cap. 6. de reformat. vbi vniones à quadraginta annis citra, quæ nondum fortitæ fuerint effectum, viribus carere debeant.

- 2 Quare præſatorum occasione fuit à me quaſitum, quando vnio dicatur ſortiri effectum, cui quaſito reſpondi, in primis oportere, vt ſit ſequuta poſſeſſio, ſecundum Mandof. in d. reg. quaſt. 5. Hoied. de benefic. p. 2. c. 3. n. 21. Garz. in eiſdem nominis tractatu, part. 12. cap. 2. num. 281. Merend. conſ. 29. num. 3. & ſeq. Bomin. conſ. 53. n. 6. & Mar. in conſ. 3. num. 7. & 13. vnde per extrauag. Martini V. quæ declarat, præſatam regulam, in quantum loquitur, niſi fortitæ ſint effectum, debet intelligi, ſcilicet, quado nō eſt ſequuta poſſeſſio.

- 3 Quare ſemper exigitur poſſeſſio, vt quilibet res dicatur fortita effectum. Vnde in præſentationibus patronorū ad hoc, vt præſentationes dicantur ſortiri effectum, nedum requiritur, vt illarū vigore Ordinarius præ-